

*An si plures simul, sed divisam tutelam vel curam administrent, alij aliorum administrationis periculo adstringantur?*

**D**istinguendum inter divisionem factam à magistratu vel testatore, & factam à tutoribus vel curatoribus ipsis. Illuc, unusquisque pro suâ administratione conveniri debet, & regulariter periculum ad alios non pertinebit: hîc verò omnes & singuli in solidum tenebuntur: ita tamen, ut electio actiones contra reliquos cedantur, l. 2. C de divis. tut.

## XC.

*An etiam ex cessatione tutorum vel curatorum fidejussores eorum obligentur?*

**T**utores ac curatores, non tantum ex administratione malâ, sed ex cessatione seu tardius suscepto officio tenentur. l. 1. §. 1. & l. ita autem. §. §. ult. ff. de admin. & peric. tut. & obligatos etiam heredes relinquunt. l. pater. 2. C. de hered. tut. quoad actionem nempe tutelæ, eamque non directam, sed utilem, d. l. 2. & l. non quasi. 4. §. sed enim. 3. ff. rem pupill. salv. for. l. tutoris. 39. §. in eum. 11. ff. de admin. tut. Fidejussores verò tutorum & curatorum, non nisi ex administratione conveniri possunt? quoniam actio ex stipulatu rem pupilli salvam fore (cui soli sese in eventum obnoxios fecerunt) aliter, nec in ipsos tutores vel curatores, non competit. d. l. 4. §. 3. rem pupil. salv.

## XCI.